De duobus titulis sequentibus
nichil amplius hic apponendum
iudicaui. Sed sufficiant que
insum. Recurri de his materiis
continentur. De dotibus et donatio-
nibus propter nuptias. t. xxv.

Ultimo circa materiam
tytuli de dotibus et
donationibus propter nup-
tias. Queritur. Que mulieri
intelligitur obligata pro dote.
Respondeo secundum Gofr. libro tercio R. xxi De
pignoribus. §. iii. Qualiter contrahatur.
R. §. Conuentionalium v. Alia tacita.
Siquis dotem promisit. omnia bona
sua pro illa promissione tacite obligantur.
Sic et bona mariti omnia pro restitue-
nda dote uxori tacite obligantur. et si
extraneus. i. is qui mulierem in potestate non
habet. confert dotem. Et si ipse extraneus
ipsam dotem sed specialiter stipuletur. ipsa mu-
lier tacite stipulata uidetur. ut. C.
de rei uxo. actione. l. una.

ii

Utrum uxor pro delicto uiri. am-
mittat dotem suam. Respondeo secundum Gofr.
ibidem. Quod non. extra de pignoribus. ex litteris.
et si crimen lese maiestatis commisit.

iii

Quid si maritus
teneatur satisfacere mulieri.
et etiam aliis creditoribus. Respondeo secundum Gofr.
ibidem. v. Et hic notandum. Muli-
er in hiis que dotis sunt. prefertur
omnibus creditoribus prioribus et posterio-
ribus. non habentibus expressam ypo-
thecam. licet auctoritate legis. omnes
creditores habeant tacitam. Et hoc in-
tellige. nisi alius prior sit in simili
iure. ut quia petit dotem precede-
ntem. quia ille potior est in iure.

In donatione autem propter nuptias.
prefertur mulier posterioribus tantum.
ut. C. de pignoribus. l. ult. Item pro
rebus parafernalibus. habet mulier ta-
citam ypotecam. nisi per specialem
et expressam sibi prouidit. generale aliqua
renunciare uidetur. Hoc autem priui-
legium. ad heredes mulieris non
transit.

Explicit libellus de questionibus
casualibus a fratre Johanne ordinis
fratrum predicatorum compilatus.